



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE VERBO DEI|| scripto & non scripto,|| QVATVOR LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, 1599**

**VD16 B 1607**

Cap. I. Scripturam non esse tam apertam per se, vt sine explicatione sufficiat ad controuersias fidei terminandas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53828](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53828)

# DE VERBI DEI INTERPRETATIONE,

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

*Vestri Ei  
Explicatio.*

Scripturam non esse tam apertam perse, ut sine  
explicatione sufficiat ad controvērias fidei  
terminandas.

**S**cripturā in hoc tertio libro de interpretatione diuinarum literarum, ab illa quēstione principium faciendum esse duxi; Sintne Scripturāe sacrāe per se facillimā, atque apertissimā, an verō interpretatione indigeant. Et quidem MARTINVS LUTHERVS præfatione assertionis articulorum à Leone Pontifice damnatorum, sic ait: Oportet Scriptura in indice hanc sententiam ferre: quod fieri non potest, nisi Scriptura dederimus principem locum in omnibus, quaē tribuuntur Patribus, hoc est, Et sit ipsa per se certissima, facillima, apertissima sui ipsius interpres, omnium omnia probans, iudicans & illuminans, &c. Ibidem contendit, Scripturam esse clariorem omnium Patrum commentariis. Similia docet in lib. de seruo arbitrio, & alibi.

Quia tamen videbat Lutherus mox posse obiici, vnde sint tot controvērias, si Scriptura est tam clara? duo effugia excoxitauit. Vnum, quod Scriptura, etiamsi alicubi sit obscura, tamen illud idem alibi clare proponat. Alterum, quod Scriptura, licet per se clarissima, tamen superbis & infidelibus sit obscura ob eorum cæcitatem, & prauum affectum.

Addit BRENTIVS in proleg. contra Petrum à Soto tertium effugium, quod etiam interdum sit obscura, propter phrases alienāe linguae, id est, Hebraicæ & Græcæ, tamen sensus eius

Q 3

claris-

*Brent.  
3. addit.*

198 Cap.I. De Verbi Dei interpret. Lib.III.

clarissimus sit. Quæ sententia manifestè falsa est: nam Scriptura ipsa de sua difficultate, atque obscuritate testimonium perhibet. Psalm.118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Ibidem: Reuelo oculos meos, & considerabo mirabilem lege tuam. Ibidem: Faciem tuam illumina super seruum tuum & doce me iustificationes tuas. Et certè David nouerat tam Scripturā, quæ tunc erat, & nouerat phrases linguae hebraicæ, nec erat superbus aut infidelis. Quocirca meritò eius HIERONYMVS in epist. ad Paulinum, de institutione Monachi, tractans hæc verba, sic ait: Sicut tantus Propheta nebras ignorantia confiteretur; quoniam nos putas parvulos, & postulantibus inscitia nocte circundari?

Præterea, Luc.vlt. Dominus interpretabatur Scripturas scipulis suis, qui certè nouerant phrases Hebraicas, cùm sent Hebræi, nec erant superbi, vel infideles. Act.8. Eunuchus Reginæ Æthiopum versabatur in Scripturis, easque diligenter legebatur, & sanctus, pius, & humilis erat, ut Hieronymus docet, in epistola ad Paulinum, de studio Scripturarum, & item interrogatus a Philippo: Putas intelligis, que legi respondit; Et quomodo possum, nisi alquis ostenderit mihi?

Denique, 2.Petri vlt. B.Petrus afferit, in epistolis Pauli quædam difficultia intellectu, qua indocti & instabiles depinunt. Vbi notandum est, Apostolum Petrum non dixisse, quædam difficultia indoctis & instabilibus, vt hæretici expinnunt, sed difficultia absolute. Nam B.AVGUSTINVS, qui certe indoctus & instabilis non erat, lib. de fide & operibus, cap. 15 & 16. fatetur, sibi difficillimum esse intellectu locum illius. I.Cor. 3. Si quis autem superadiscat superfundamentum, & dicit, hunc esse unum ex illis locis, quæ B.Petrus monstrare difficilem intellectu.

DE IN DE, præter Scripturæ testimonium, idem ostendere potest ex communi consensu veterum Patrum. IRENÆV. lib.2.cap.47. posteaquam in rebus creatis & naturalibus plurima nos latere docuit, adiungit: Si ergo & in rebus creati, quædam quidem eorum adiacent Deo, quædam autem & in nostram generunt scientiam, quid male est, si & eorum, quæ in Scripturis requiruntur, coniuersis Scripturis spiritualibus existentibus, quædam quidem absoluamus secundum gratiam Dei quædam autem commendemus Deo, & non solum in hoc seculo,

*Communi  
senſu patr  
stru.*

seculo, sed & in futuro, & semper quidem Deus doceat, homo autem semper dicat, quae sunt à Deo.

ORIGENES lib.7. contra Celsum: Alij quoq; cordati viri scrutando Scripturam, intellectum eius inuenire potuerunt, licet re vera sit multis locis obscura. Item homil.5. in Leuit. similem sententiam habet, adducens similitudinem hostiarū, quarum pars comedebatur a sacerdotibus, & pars incendebatur a Deo. Item hom.12. in Exod. Diebus ac noctibus, inquit, obsecrandum est, & veniat agnus de tribu Iuda, & ipse librum signatum dignetur aperire. De Basilio & Gregorio Nazianzeno ita scribit RUFFINVS lib.11. hist. cap.9. Ambo nobiles, ambo Athenis erudit, ambo collega per annos tredecim, omnium Graecorum secularium libris remotis, solis diuinæ Scriptura & voluminibus operam dabant, earumq; intelligentiam non ex propria presumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat.

Iam CHRYSOSTOMVS, quem solum heretici nobis obiicere soleant, homil.40. in Ioan. in illud, Scrutamini Scripturas: Christus, inquit, Iudaos ad Scripturarum non simplicem, & nudam lectionem, sed ad investigationem per quam diligentem relegavit. Non dixit, Legite scripturas, sed, Scrutamini. Diuina enim summa indigent diligentia. In umbra enim maioribus illis non abs re loquutus est, idcirco effodere profundius iubet, & quæ altè delitescunt, inuenire possumus. Non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tanquam thesaurus profunde reconditur. Qui enim huiusmodi querit, nisi summam adhibeat diligentiam & laborem, nunquam quæ sit inueniet. Item auctor operis imperfeci, hom.44. in Matth. duas adferit rationes, cur obscuræ sint Scripturæ. Prima, quia Deus voluit alios esse magistros, alios discipulos. Secunda, ne si clara esset, non tam esset utilis, quam contemptibilis.

AMBROSIUS in epist.44.ad Constantium: Mare, inquit, est Scriptura diuina, habens in se sensus profundos, altitudinem propheticorum enigmatum, &c.

HIERONYMVS in epist. ad Paulinum, de studio Scripturæ, ex instituto docet, non posse Scripturas disci sine magistro; & percurrens breuiter nomina singulorum librorum,

Ratio antiqui.

ostendit in omnibus magnas & multas esse difficultates. Idem præfat comment. in epist. ad Ephes. Nunquam, inquit, adolescentia, aut legere, aut doctos viros, quæ nesciebam interrogare cessavi, aut meipsum habui magistrum. Denique nups ob hanc vel maxime caussam Alexandriam perrexi, ut eundem Dydimum, & ab eo in Scripturis omnibus, quæ habebant dubia sciscitarer. Et in epist. ad Algasiam quæst. 8. Omnia inquit, epistola ad Romanos nimis obscuritatibus inuoluta est.

1. Aij G V S T I N V s lib. 2. doctr. Christ. cap. 2. Sed multi inquit, & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus discipiuntur, qui temere legunt, aliud pro alio sentientes: quibusdam autem locis, quid vel falso suspicentur non inuenient ita obscure quadam dicta densissimam caliginem obducunt quod totum prouisum diuinitus esse non dubito ad edocendum laborem superbiam, & intellectum à fastidio reuocandum cui facile inuestigata plerumque siluerunt. Item lib. 12. confess. ca. 14. Mira, inquit, profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce antenos superficies blandiens parvulis, sed mira profunditas Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam; horror honoris, & tremor amoris. Et epist. 3. Tanta Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas salas ab ineunte pueritia & que ad decrepitudinem senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conseruere addiscere. Et epist. 119. cap. 21. In ipsis sanctis Scripturis multò nescio plura, quam scio.
- 2.
- 3.
- 4.

GREGORIVS hom. 6. in Ezech. Magna, inquit, utilitas est ipsa obscuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, & fatigatione dilaretur, & exercitatus capit, quod capere non potest otiosus. Habet quoque adhuc manus aliquid, quia si Scriptura sacra intelligentia in cunctis esset aperta, & dilesceret, quae in quibusdam locis obscurioribus tanto maiori dulcedine resuenter reficit, quanto maiori labore fatigat animum quaesta, &c. Certè isti Patres norant phrases, nec erant superbifideles, & tamen ingenuè confitentur Scripturas esse difficiles. Ex quo Lutheri & Brentij temeritas ac vanitas satis, opinor, aperte coarguitur.

NE Q V E deest ad hoc idem confirmandum præter autoritates, etiam ratio. Nam in Scripturis duo considerari possunt, res, quæ dicuntur, & modus, quo dicuntur. Si res consideres,

No.

3.  
Ratio.

Act. qd. 2.

fideres, necessariò fatēdum est, Scripturas esse obscurissimas. Siquidem tradunt summa mysteria, de diuina Trinitate, de incarnatione Verbi, de Sacramentis cœlestibus, de natura Angelorum, de operatione Dei in mentibus humanis, de æterna prædestinatione ac reprobatione, de quæ aliis rebus arcanis, & supernaturalibus, quæ non sine magno studio & labore, nec sine grauissimi erroris periculo inuestigantur. Certè si scientia Metaphysicorum difficilior, atque obscurior est omnibus aliis naturalibus disciplinis, quia causas altissimas tractat, quomodo non obscurissima erit sacra Scriptura, quæ de rebus longè altioribus agit? Quid, quod magna pars Scripturæ vaticinia continet de rebus futuris, & vaticinia carmine scripta; quibus certè nihil difficilius, nihil obscurius.

Si verò modum dicendi consideremus, inueniemus innumerabiles rationes difficultatis. PRIMO, sunt in Scripturis plurima, quæ prima fronte videntur contraria, ut illud Exod. 20. *Ego Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Et illud Ezech. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima qua peccauerit, ipsa morietur.* SECUNDO, sunt verba & orationes ambiguæ, ut Ioan. 8. petéribus Iudæis: *Tu quis es?* respondit Christus, *Principium, qui & loquor vobis.* Mire enim torquent hīc se omnes interpretes, nec adhuc scitur, quid illud sit; *Principium, qui & in Græco adhuc est res obscurior,* vbi, *Principium, est accusatiui casus τινὸς ἀρχὴν.* TERTIO, sunt orationes imperfectæ, ut Rom. 5. *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors:* & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. & quæ sequuntur, vbi in tota periodo non est verbum principale. QUARTO, sunt orationes preposteræ, ut Genes. 10. *Illi sunt filii sem secundum cognationes & linguas, & regiones in gentibus suis.* Nam continuò sequitur initio capituli 11. *Erat autem terra labij & nūs, & sermonum eorundem.* QUINTO, sunt phrases propriæ Hebræorum, ut Psal. 88. *Thronus eius sicut dies cœli.* Item Psalm. 118. *Anima mea in manib[us] meis semper.* & aliæ permultæ. SEXTO, sunt orationes figuratæ plurimæ, Tropi, Metaphoræ, Allegoriæ, Hyperbata, Ironiæ, & alia id genus sine ullo numero.

Q5

Accr-

No.

ACCEDAT postremò testimonium aduersariorum, quod velint nolint, huic veritati coguntur perhibere. Nam, si Scriptura esset tam clara, ut ipso dicunt, cur tot commentaria Lutherus, & Lutherani scriberent? cur tam diuersas ederent Scripturæ versiones? cur tam varie Scripturam explicarent? Cetero OSIAN DER in cōfutatione scripti, quod aduersus eum Philippus ediderat, testatur, viginti sententias diuersissimas iustificatione secundum Scripturas versari inter solos Confessionistas. Et Lutherus in lib. I. contra Zuinglium & OECO lampodium, nonne scriptum reliquit: *Si diutius steterit mīdus, iterum fore necessarium, propter diuersas Scripturæ interpretationes, qua nunc sunt, ut ad conservandam fidem unitatem, Conciliorum decreta recipiamus, atq[ue] ad ea confugimus?* Et inde, quæso, tot Scripturæ interpretationes, si Scriptura est tam facilis & aperta? Quid, quod in hac sententiā ipsi secum mirificè pugnant?

LUTHERVS, qui in præfat. assertionis articulorum suorum afferuit, Scripturam per se apertissimam & clarissimam esse: & libro de seruo arbitrio iactauit, nihil difficultatis esse in sacris literis, & nullum sibi locum adferri posse, quem ipso non facile interpretetur: idem tamen præfat. in Psalmos: *Nolim, inquit, abullo id de me presumi, quod nullus adhuc pristare potuit sanctissimorum & doctissimorum, id est, Psaltrium in omnibus suo legitimo sensu intelligere, & docere. Saepe aliquos, & eosdem ex parte intellexisse.* Multa sibi referuant spiritus, quo nos semper discipulos habeat; multa solu ostendit, ut alliciat; multa tradit, ut afficiat. Et infra: *Sic esse impudentissima temeritatis, eum qui audeat proficer, finis Scripturæ librum a se in omnibus partibus intellectum.* Et in libro de Conciliis, pag. 12. *Ante viginti annos, inquit, coadsum contemnere Patrum commentaria, cum Scriptura legenda esset in Scholis, & magno sudore veram ac germanam sententiam querere.*

BRENTIUS in prolegomenis contra Petrum à Soto: *Negantur, inquit, Scripturam esse obscuram, ideoq[ue] interpretatione indigere.* Et infra dicit: *Impiis & incredulis tantum Scripturam esse obscuram, non autem piis credentibus.* At ipse in sua confessione Wirtembergica, capite de sacra Scriptura, sic ait: *Non est obscurum, inquit, quod donum interpretanda Scripturæ.*

Scriptura non sit humanae prudentiae, sed sancti Spiritus; Spiritus sanctus autem est liberinus, nec est ad certum genus hominum obligatus, sed distribuit dona hominibus pro suo ipsius beneplacito. At cur, quæso, Brenti, donum interpretationis necessarium est, si, ut tu ipse paulò antè dicebas, Scriptura interpretatione non egit?

Iam verò Martinus KEMNITIUS in examine 4. sess. Concil. Tridentin. Deus, inquit, soluit in Ecclesia extare donum interpretationis, quod sicut donum sanationis, miraculorum, & linguarum, non est commune omnibus. Et infra: Grati, inquit, & reueretur & timur Patrum laboribus, qui multa Scriptura loca commentariis suis utiliter illustrarunt. Valde gratus nimirum Patrum laboribus fuit parens vester Lutherus, cùm in libro de Conciliis pag. 52. Patrum commētarios scripsit esse carbones pro auro. Nec minus Luthero suo repugnant CENTURIATORES, qui tamen rigidi sunt Lutherani, centuria I. lib. 2. cap. 4. col. 52. dum ita scribunt: Senserunt Apostoli, Scripturas non posse intelligi sine Spiritu sancto, & interprete. Sed argumenta Lutheri & Brentij videamus.

## CAPVT II.

*Argta Lub. & Brty*

*Soluuntur obiectiones aduersariorum.*

 **O**BICTIONEM PRIMAM desumunt ex illis verbis Deut. 30. Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, non suprate est, neque procul positum, nec in cælo situm, neq; trans mare, &c. In quibus verbis summa quædam ostenditur Scripturarum facilitas; Vt non sit opus, inquit Brentius, montes superare, & ire Romam pro interpretatione Scripturarum.

RESPONDEO, bifariam hunc locum intelligi solere. Plurimi veterum hunc locum intelligunt, non de facilitate intelligendi Scripturas, sed de facilitate implendi mādata Decalogi, cùm adeat gratiæ auxilium. quod est contra omnes Lutheranos, qui docent, impossibilia esse Dei mandata. Ita exponit Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, Origenes, Ambrosius, Chrysostomus, & alij in cap. 10. ad Romanos, & Augustinus lib. de perfectione iustitiæ, respub. penultima.

Alij